

Aleksander Hirschberg

Kilka nieznanych szczegółów do biografii Kromera

Pamiętnik Literacki : czasopismo kwartalne poświęcone historii i krytyce literatury polskiej 2/1/4, 43-45

1903

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.



NOTATKI.

Kilka nieznanych szczegółów do biografii Kromera.

Jak wiadomo, o życiu Marcina Kromera mamy dwie obszerne monografie: Eichhorna i Walewskiego. Obydwie te prace, chociaż wcale szczegółowo przedstawiają działalność jego jako biskupa warmińskiego, nie wyczerpują jednak tematu w zupełności. Osobliwie jego misye dyplomatyczne i w ogóle udział w sprawach publicznych, wreszcie stosunek do miasta rodzinnego Biecza, nie zostały jeszcze należycie wyświecone.

W rękopisach polskich nie brak materyałów, które mogłyby, a nawet powinnyby zachęcić do ponownego skreślenia tej wybitnej postaci. W artykuliku niniejszym chciałbym zwrócić uwagę na zupełnie nieznany dotąd list rajców bieckich, wystosowany do Kromera w czerwcu r. 1577. Z pisma tego wynika, że i wówczas jeszcze z niektórymi z mieszczan tamtejszych przeróżne łączyły go stosunki, a nadto — co najważniejsza — że Kromer utworzył osobną fundację w mieście rodzinnem, przeznaczając dochody z niej na utrzymanie nauczyciela języka niemieckiego w szkole bieckiej.

Ciekawy ten list podajemy poniżej w brzmieniu dosłownem:

Reverendissime Domine, Domine noster clementissime!

Servitutum nostram perpetuam Reverendissimae Dominationi Vestrae devote inprimis offerimus. Egit nobiscum Venerabilis Dominus Thomas de Plaza¹⁾, Canonicus Wiszliciensis, nomine Re-

¹⁾ Tomasz Plaza, domownik i przyjaciel biskupa warmińskiego, znany wydawca kronik Wapowskiego i Kromera.

verendissimae Dominationis Vestrae, de omisso linguae germanicae studio in schola nostra, quam rem Reverendissimae Dominationi Vestrae minime gratam esse ex eo cognovimus. Nos vero subinde de conservanda lingua germanica in eadem schola cogitavimus, nisi impedimenta nonnulla nobis obstitissent, quorum hoc praecipuum est, quod annis superioribus pestilens contagio, quae enormiter hic grassabatur, magnam partem adultioris iuventutis, quae non contemnenda in eadem lingua primordia habebat, una cum iuventutis formatore exstinxit. Deinceps vero cum pestifera illa lues saevire desiisset, dissipatam scholam recolligere studuimus, cui teutonicum moderatorem praeficere statueramus, sed quum praeclare animadverteremus, pubem illam, quae contagioni superfluit, ineptam fore ad linguae teutonicae studium, quippe quum nec germanicum interpretantis praeceptoris sermonem intelligebat, nec latina in polonicam transfundere didicerat linguam, ita ut eandem pubem potius neglectum, quam institutum iri cerneremus, Polono scholae regimen commendandum esse duximus, a quo iuventus commodius et feliciter in lingua nativa informari possit. Nam alioquin a multis iam annis teutonicae linguae usus apud nos inolevit, idque haud dubie per incuriam parentum, qui licet liberi eorum in schola in germanica instituerentur lingua, intra domesticos tamen parietes polonice cum ipsis colloqui solebant. Cui incommodo praeterea accessit intermissio contionum germanicarum, unde et parentes et liberi ad frequentius linguae illius studium quodammodo exstimulabantur. Proinde Reverendissimam Dominationem Vestram summe rogamus et obsecramus, dignetur hoc nostrum institutum, quod necessitas quaedam inevitabilis, nobis volentibus nolentibus, extorsit, candide interpretari et beneficium, pro conservatione linguae illius pridem erectum, munifice relinquere, ac si citra notabile detrimentum fieri possit, insuper de suo aliquid ponere beneficii in eandem scholam, ut deinceps excellenti eruditione virum, magistrum quempiam, ad regimen scholae illius vocare possimus. Deus aeternus huius tantae pietatis et clementiae remunerator erit perpetuus. Verum haec hactenus.

Idem Dominus Thomas, animadversa egestate et inopia, qua ob ingravescentem aetatem premitur Martinus Chodor, debitor Reverendissimae Dominationis Vestrae, ipsum, nomine Reverendissimae Dominationis Vestrae, de tota summa liberum pronuntiavit et hoc respectu florenorum 15, quos idem haeredibus olim Casparis Krziwdinski, ad rationem debiti, per Dominum Bartholomeum Cromerum ¹⁾ iisdem retenti, dedit, ac insuper cessionis 10 marcarum, quas idem Martinus Domino Thomae, ex domo sua divendita percipiendas, cessit. Ut igitur hanc Domini Thomae in Martinum Chodor liberalitatem ratam habere velit Reverendissima Dominatio Vestra, summo rogamus opere. Et haec hactenus.

¹⁾ Najmłodszy z braci Marcina.

Rogavit nos insuper Mathias Liss, affinis Reverendissimae Dominationis Vestrae, ut ad Reverendissimam Dominationem Vestram pro se intercederemus, quo in possessione praedii suburbani Reverendissimae Dominationis Vestrae confirmaretur, siquidem Dominus Thomas ab eo postulavit mercedem annuam locationis ex praedio illo, quam ille sese nequaquam persolvere posse asserit, propter ingentes sumptus, quos in excolendis agris illius praedii in familiam facere solet. Dignetur itaque Reverendissima Dominatio Vestra condignam illius habere rationem, siquidem Reverendissima Dominatio Vestra in gratum et memorem hominem id genus beneficii est positura.

Ad extremum humiliter petimus, ut nobis Reverendissima Dominatio Vestra ad praemissa omnia, ac cumprimis quod attinet constitutionem scholae literis suis respondere per occasionem non gravetur, unde Reverendissimae Dominationis Vestrae plenius cognoscere possimus. Nos vicissim Reverendissimae Dominationi Vestrae gratae mentis significationem declarare non praetermittemus.

Valeat Reverendissima Dominatio Vestra in multos annos, Deo propitio, rectissime felicissimeque.

Datum in praetorio bieccensi, die 29 Junii, anno Domini 1577.

Reverendissimae Dominationis Vestrae
semper addictissimi
Proconsul et Consules Civitatis Biecz.

Adres: Reverendissimo Domino Martino Cromero, Coadiutori et Episcopo Varmiensi designato etc. Domino nostro clementissimo.

Oryginał tego listu, zaopatrzony pieczęcią rajców bieckich, znajduje się w rpsie Muzeum XX. Czartoryskich 1631 (str. 61—64).

W archiwum bieckiem może dałoby się odszukać akt wspomnianej powyżej fundacyi i z dokumentu tego dowiedzieć się, dla czego to Kromerowi zależało tak na utrzymaniu znajomości języka niemieckiego w Bieczu.

Aleksander Hirschberg.

Szymona Szymonowicza »Nagrobki zbieranej drużyny«.



Epigramy, jako nagrobne napisy, sławiące cnoty, czyny, zasługi zmarłego — pisano zawsze, odkąd zmarli zostawiali po sobie pamięć, a żywi chcieli tę pamięć uwidocznic. Objaw to zupełnie naturalny. Natomiast dziwnie trochę wyglądają elegie i epitafia